



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Instrvctio Magistri Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, 1613

Cap. 11. De fidelitate Magistri erga Religionem in Nouitijs probandis, aut reprobandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48543)

interdicti res iã velut purgatas distribu-  
etijs, quos magis indigere perspexerit.

*Cap. 11. De fidelitate Magistri et  
ga Religionem in Nouitijs pro-  
bandis aut reprobandis.*

**P**ostquam Magister Nouitios sedu-  
lò, ac perseueranter instruxerit,  
per dies octo, antequam de illis ad pro-  
fessionem admittendis agatur, Patribus  
in Capitulo Conuentus existentibus  
nuntiabit, in subsequenti hebdomada  
Capitulo de hoc, illove Nouitio agen-  
dum esse: vt rem præmeditentur, Deo-  
q; commendent; præuicq; consilio, &  
oratione suffragia ferant.

2. Quamuis verò Magister, iuxta morẽ  
nostrum, Patres ex vno in aliud Capi-  
tulũ ter præmonere ac in designato Ca-  
pitulo, quid de Nouitio sentiat, veracis-  
simè aperire debeat, quarto scilicet, O-  
ctauo, ac decimo Nouitiatus mense, vl-  
timæ tamen prepositionis & fidæ rela-  
tionis actũ ab eo grauius, & accuratius  
exerceri debere manifestum est. Tunc  
quippe restota vertitur, & summa re-  
rum



rum perspicuitas, veritasq; requiritur.  
3 Caueat ergo Magister, ne vlllo humano sensu, aut malos probet, aut bonos improbet : grauissimè quippe communi bono nocebit. Fides ei à cæteris Patribus habebitur, qui nō valent Nouitiorum ingenia, moresq; penitus nosse, cū illorum curam minimè gerant: atque idcirco bonum aut malum ingens, quod ex errore probationis, aut reprobationis emerget, illi præsertim ascribetur, neque sanè impunè feret.

4 Liberè, syncerè, fideliterq; rationes proferat, quæ ab omnibus Patribus capiuntur: solamq; Dei gloriam, Religionisq; bonum in re tam serua præ oculis habeat. Neque vereatur bonos, post adhibitam diligentiam, sedulamq; culturam, occasione fidei relationis, vbi aliquas eorum imperfectiones recensuerit expellendos, aut nō bonos admittendos, quamuis nonnulla eorum bona, protulerit. Decet quippe diuinam bonitatem malum adeò graue, ex occasione boni officij minimè permitttere.

Cap.